fraudibus iracundiam ſuã evomere. ꝙ acta *Galliæ, Angliæ, Belgij* loquuntur. dum una manu gladium ancipitem geſtat, alterâ *fulmina* ejaculat *excõmunicationis*. hodie nimium quantum *bruta*. Ordinem *Jeſuitarum* ſedis Papalis, *Regis Midæ, auriculas, naſum, oculos*, agnoſcimus. planè ut olim apud *Perſas*. Hoc verò contortum videtur, quod אפרכו reddit: *devotariorũ* ſeu *Cleri ſui*, eò quod אפר quandoq; de *cultu* uſurpetur *ſacro*, etiã *idololatrico*. quod apud *R. Saadian Gaon* legerat. hæc *tentoria plantata* fuiſſe putat, quando *conciliabulum Tridentinum* & ejus furfuris alia coacta fuere להשמיד ולהחרים *ad perdendum & anathematizandum* quod reſtat fidelium. Addit, *Tridentum* ſitam eſſe להר צבי *ad montem ſanctum, ad latus Meridionale Orbis Chriſtiani*. ſed quia Urbecula illa inter prærupta montium juga ſita eſt, *Maria* ipſi ſunt *populi, gentes & lingvæ*, *Trentum* ei dicitur *Germaniæ & Italiæ* limites ponere. quæ nollem ei excidiſſe, ut & alia, quæ ocularis luſtratio oppidò confutat & ridet *Geographi*. Satius omninò foret, B. *Lutheri* ſententiã amplecti, qui *Romam* intelligit, quæ inter *mare Mediterraneum & Adriaticum* ſita eſt. Sicut ex veteribus quidam *Hieroſolymam* intellexere, quæ inter idẽ mare *mediterraneum & lacum Aſphaltidem* locatur. Sit verò ita. immineat forſan terminus faſtui illi meretricio fatalis. Non ibimus exequias, ſed plaudemus. Atque hæc ſalvô melius divinantium judiciô ſuper pericope hac *Prophetica* ſat profunda dicta ſunto. quæ cum tot exercuerit ingenia, vitio neminem mihi vorſurum confido, ſi poſt aliorum meſſem ad ſtipulam aliquod reliquerim ſpicilegium. Nobis hic terminus eſto.

v. Briſſon de regno Perſar. l. 1. p. 125. Exerc. 10.

DEO GRATIAS.

Lector benivolus *παροράματα* inter pellegendum nobis viſa haut gravatè emendabit. §. 2. l. 22. leg. *incircumciſis*, i. e. paganis גוים. §. 3. lin. 8. XLV. §. 9. l. 17. עפר. §. 18. l. 7. ועשה. §. 24 l. 5. jungantur omiſſa: *nempe ſpirituali, Eccleſia Chriſtiana. Sunt alij, qui Regi, quô de Prophetæ ſermo eſt, accõmodant*. §. 25. l. 2. VII. l. 3. ועל l. 29. addenda poſt כנו ſequentia: והניחו לעון הנקרא אבן *abrogarunt verò ſuperſtitionem, quæ nomine Idoli venit* &c. §. 28. l. 24. אשר. Reliqua, quæ viſum noſtrum ſubterfugerunt, Lector cordatus ultrò animadvertet.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358107733/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft